



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1100. Usque Ad Annum 1143

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1762

VD18 90117999

§. 5. Concilium Stampense.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66385](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66385)

Sæcul. XII. S. Hugonis opus, memoratu dignum;
A.C. 1130. exinde enim viribus corporis deficien-
 tibus, ceterarum rerum omnium, si
 Spirituales excipias, memoriam ami-
 sit. Tandemque animam Deo reddi-
 dit Feria VI. ante Dominicam Pal-
 marum, prima die Aprilis, anno mil-
 lesimo centesimo trigesimo secundo, an-
 nos vitæ ad minimum octoginta, & a su-
 scepto Episcopatu quinquaginta duos nu-
 merans. Parentarunt autem Episcopi
 tres, Geofridus Carnotensis, qui eum
 ægrotantem inviserat, Udalricus Diensis,
 Sancti Viri defuncti Discipulus, & Hugo
 Cartusianus, quem se vivo Episcopum
 Gratianopolitanum ordinari curaverat.

Gall. Christ. Ejusque Successores plus integro Sæculo
 e Cartusia evocati sunt. Ceterum S. Hu-
 go, biennio post obitum suum ab Inno-
 centio Papa secundo Sanctorum catalogo
Martyr. Ro. adscriptus, eadem die, qua animam effa-
I. April. vit, ab Ecclesia colitur.

§. V.

Concilium Stampense.

Ludovicus Crassus Rex Franciæ, his
 compertis, quæ Romæ acta fuerant,
Sug. vit. Concilium Stampis celebrandum indixit,
Lud. 317. ubi ad examen vocaretur quæstio, quis
 ex duobus, qui se Romanos Pontifices
 dicebant, magis canonice fuisse electus.
 S. Bernardus a Rege & ab Episcoporum
 præ-

præcipuis nominatim ad hoc Concilium Sæcul. XII.
vocatus, non sine timore itineri se dedit, A.C. 1130.
optime gnarus, quam grave & quantis Ernold. l. II.
periculis obnoxium negotium tractare-vit. Bern. c. I.
tur. Sed in via objecto sibi somnio re-
creatus est; nam conspicere sibi videba-
tur maximi spatii Ecclesiam, in qua una-
nimi omnium voce Laudes Dei decanta-
bantur, unde ipse firmissimam pacis spem
concepit. Concilio Stampis congrega-
to, præmissis jejuniis & precibus, Rege
cum Episcopis & Optimatibus sedente,
ad consultandum de re tanta, omnes uno
ore condixerunt; eandem sententiam se
amplexuros esse, quæ Bernardo melior
visa fuisset, ejusque arbitrium simpliciter
secuturos. Ipse, id suadentibus amico-
rum fidissimis, provinciam sibi oblatam
trepidans recepit. Tum electionis for-
ma, eligentium prudentia & meritis, il-
liusque, qui prius electus fuerat, vita &
fama solicite pensatis, Innocentium pro
Legitimo Pontifice haberi oportere toto
Conventu applaudente, pronunciavit.
Mox Laudes Divinæ pro more decanta-
tæ, on:nesque Innocentii Electioni sub-
scribentes eidem obedientiam promise-
runt.

§. VI.

Innocentius in Francia.

Inter hæc cum Innocentius Papa Pisas
per-